



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

299 Resignare causa permutationis expressa licere, sed in fauorem coram
Ordinario non licere; & quare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

permutationem, cum sit potius *facio ut facias*, hoc est, doceo ut beneficium conferas. Hæc intellige si beneficium per se non habeat annexum docendi laborem.

Ait Pont. *Ex causa permutationis resignata*. Norant hinc Interpp. post Glossographum, resignanti beneficium licere nominatim hoc exprimere, non simpliciter sese sed ex causa permutationis resignare; quantumlibet in favorem simpliciter coram ordinario resignare quis nequeat citra Simonix periculum sicuti copiosè declaratum fuit ad cap. cum olim. de permut. Ratio diuersitatis est quòd permutatio beneficiorum propter causas iam sæpius inculcatas iure tandem fuerit permessa, successionis verò species omnis omnino damnetur nisi quatenus Pontifex ipse summus resignationes in favorem probauerit.

299
Resignare
causa permuta-
tionis ex-
pressa licere,
sed in fauorẽ
coram ordina-
rio non licere;
& quare.

Ait Pont. *Permutare volentibus. &c.* Ex hoc item loco rectè nostri colligunt iure permis- sum esse tractatum de beneficiis permutandis, tametsi permutationis contractum perficere beneficiari per sese soli nequeant sed auctoritas seu consensus requiratur superioris, immò non consensus tantum, verum etiam tum resignationis acceptatio tum deinceps beneficiorum hinc inde sic resignatorum collatio, quod quia plenissimè prosequuti sumus in superioribus capp. huc pertinentibus explicandis, hic operosiores non erimus.

300
Tractatus de
permutandis
beneficiis.

Ait Pont. *Conferantur, &c.* Diximus ad Bonifacianam, quinam sint illi superiores partim
iure